

Illustri et Generoso Comiti, Dn. Philippo
Reinhardo, Comiti in Solms, Domino in
Münzenberg et Sonnewald etc. Gu-
bernatori urbis Pseffe.

Gratiam et pacem à Jesu Domino nostro.
Illustris et Generose Dñe Comite. Sententiam Faculta-
tis Theologiae Academiae Marburgensis de fanaticis
nonnullis Prophetis, qui se de fraternitate Rosea
crucis jactitant, ex scripto Generositati Tuae coete-
risq; Consiliariis oblato rectè percepi, quam etiam
in actis Marburgensibus reperi. Quod sentiam de im-
postoribus illis, alibi meminisse, non exponere, nimirum
nihil est nisi conjuratio factorum hominum, per
quos satan non solum sub specie naturalium et coe-
lestium mysteriorum perturbare satagit statum scho-
lasticum et Ecclesiasticum, tam Evangelicorum
quam Papistarum, sed etiam ipsam semp. et Politanam
Christianam, in Germania potissimum subvertere
conatur; ad exemplum insanae illius Münsterianae
in Westphalia. Ad hujus sui propositi executionem
adhibere ferè solet ut organa sua tria generum
homines, in tres veluti facultates distinctos. Primis
hos ipsos fanaticos Enthusiastas, qui sub larva sin-
gularis sanctimonie in revelandis rebus futuris
plebem ad Positiones concitent. Secundo Rymicos quos-
dam Medicos, qui sub specie inquisitionis mysteriorum
natura somnii suis indulgeant, quibus et res suas et
alienas in alembico concoquant. adeoq; dementent op-
lentiores animos, ut artem auri conficiendi protigi-
mam illis vano tamen conatu persuadeant. Tertio
Politicos quosdam Alastoras, qui miro et artificioso
furo Magnatibus et Principibus instillant modum ma-
gnorum reddituum à subditis suis, absq; ullo subditorum
damno aut offensione, quin legitimis plane medijs acqui-
rendorum.

299
emendatorum, cum interea illi subdolis artibus potentiores
emungant, et in societatem subleste sua fraternitatis
impellant, eam finem, ut turbulenti sui propositi olim habeant
si non adjuvatores, minime, tamen adversarios. Rem omnino
sic se habere, Generositas Tua reipsa conperiet. Atque
utinam iudicio meo hoc errem! Viderint igitur potentio-
res Principes et Magnates, quid de illis fanaticis ac
profanis impostoribus sit sentiendum, eorumque mature e
consuetudine sua abigant, si sibi et Reipublica recte
velint consultum. Liberiorem hanc meam sententi-
am ut Generositas Tua in bonam partem interprete-
tur, rogo. Deus G.T. Ecclesie et Reipubl. sue. Diu
salvum et incolumem conservet. Vale Generose Ho-
mine, et Patrem seniolem benigne complecti perge.
Heidelbergae a. d. 17. April. 1670.

Johanni Georgio Pareo
filio charissimo
Salutem!

238.

*** Tandem erumpent in lucem multorum consilia,
qui hoc bello non salutem publicam sed quastum privatum
cupiunt. Cogita in quanta desperatione meum, et quid me maneat, si
in hostium manus deveniam. Vel Romanam vel in Hispaniam me
honorarium mitterant, nisi furiosis milites me prius tolleret. Quo
quidem ita merentibus peccatis nostris manum Domini subire
in hac senectute mea paratus sum. Tamen consulentibus amicis de
secessu etiam cogito: quoniam et Christophus, Dominus manus hos se-
cum saepe detinuit, ut Paulus Apostolus per corbem de moeni-
bus secedimisset in Parthorum periculo. Sed quomodo viderem, vixit
deo. Dominus Degenerus, qui me in juventute mea hucusque serva-
vit, juvet me in presenti necessitate. Certo autem confido, quicquid
vobis nunc ferendum imponat, daturum bonam causam et pro-
prios triumphos: et anno proximo futurum sue cause, et ma-
ximam nobis portecturam. Amen. Vale, mi fili, et precibus me
pura. Heidelbergae. 27. Augusti. 1670.

Eidem
Salutem!

239.

*** Ex panico terrore adventantis Hispani, hinc inde
summi et optimi delabantur. Ego, cui propter merita in papam
et jesuitas ab hoste nihil aliud expectandum, nisi ut Ro-